



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 2. Vtique dicetis mihi. Strictior incumbit obligatio benefaciendi, quàm peregrinis, & patriæ, quàm exteris regionibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

§. 2. Vtique dicetis mihi. *Strictior incumbit obligatio conterminis benefacendi, quam peregrinis, & patrie, quam exteris regionibus.*

VT huius historiz spiritum noueritis, expentiamus querelam, qua Christum indignem, ac conciuies aggrediuntur: videtur enim solida nixa ratione. Non est quod dubites: ex lege naturae tenetur quis potius suis quam exteris benefacere, & tanto magis eorum cuique quanto illi est sanguine propinquior. In tota natura omne agens, primo, ac principaliter suam participat virtutem, & operatur in magis vicinum efficacius. Ignis tanto fortius, & primo suum communicat calorem passo quanto illi est propinquus. Aromata primo & copiosius in vicinum aerem exspirant suauissimum odorem. Fons ille, quem diuino Deus consilio creauerat in paradiso, primo circumiacentem irrigabat regionem, ex qua scaturiebat, deinde profuebat in quatuor diuisis capita, ceteras ac remotiores terras irrigaturus. Hinc Theologi cum D. Thoma praedictore cōcludunt, quod in equali causa, strictiori vinculo quis tenetur saluare, bonaque sua distribuere proprijs quam extraneis, & illis quidem tanto magis, quanto fuerint coniunctiores. Hoc D. Paulus illo loquendi modo definit: *Quid enim mihi de ijs, qui foris sunt? Operemur bonum ad omnes, maximo autem ad domesticos fidei. Qui suorum maxime domesticorum, curam non habet suam negauit, & est infideli deterior.* Quisque suis, & inter illos, propinquioribus strictius obligatur, quos D. Paulus domesticos dicit. *Maxime domesticorum: qui vero his defuerit, in fide deficit Christiana, naturaque paganorum, fidem negauit, & est infideli deterior.* His congruam ex D. Chrylostomo proferamus interpretationem: *Cura nomine, prouidentiam animae corporisque significat: haec enim cura est. Qui vero suorum, & maxime domesticorum, hoc est genere ad se pertinentium, curam non habet, infideli, inquit, deterior est. Nam si quis propinquos genere, atque affinitate coniunctos aspernatur, quo pacto erit in alienos clemens? Nonne veritatis iudicio omnium erit obnoxius si alienos beneficijs fouens, propinquos summa immanitate despicias? Est, inquit, infideli deterior: quia ille, & si alienos despicias, propinquos tamen nequaquam aspernatur.*

Gen. 2.
-10.
2. 2. 9. 16.
nr. 8.
1. Cor. 5.
12.
Ad Gal. 6.
10.
1. Tim. 5. 8
D. CHR.
Ho. 14. in
1. ad Tim.
Tom. 4.

Ad rem nostram mandatum expendit diu-

num, illa praescriptum: *Carnem tuam ne despexeris: quod similiter expendunt D. Cyprianus, a. 1. de D. Augustinus. b. legit D. Chrylostomus. Domesticos seminis tui ne despexeris. Hoc (inquit D. Chrylostomus) praecipuum est dominicum, unde huius b. 1. 1. 1. transgressor, aliquo modo dici potest, in fide defuisse, & sicut de tali sentit Apostolus, *Et Chrylostomus abnegauit. Quomodo? quia Deum se verbi 11. seire confitetur, factis autem negat. Quid enim praecipit, cui credimus Deum? Domesticos seminis tui ne despexeris. Inde transgreditur D. Chrylostomus, & potentes diuitesque monet, sciant se propinquos, & affinitibus, quam alienigenis strictius obligari, proinde prius illorum, quam extraneorum libentiam indigentur: Cogitemus ista qui pecunias parcimus, propinquosque despiciamus, Deus nempe idcirco vincula propinquitatis instituit, ut multiplex subesset occasio nos mutuo diligendi, beneficijsque conseruandi. Num tibi sunt diuitiae? num fulges auctoritate? Illam communica sed iuste, primo propinquis, & patrie: hoc enim intimaui psaltes regius, cum esse affectens beatum, qui bona sua cum iudicio distribuit indigentibus: *Tuendus homo, qui miseretur & commodat, disponit sermones suos in iudicio. Graece verbum Disponit, significat, vt economus disponere, qui vt fidelis sit, bonis disponere debet in iudicio, pondere, & ratione, perpendens se quibusdam magis, quam alijs esse obligatum, domus familiaribus magis quam extraneis. Hinc (notante Lyrano) principium sumpsit illa Tobiae senioris aduertentia: cum enim die solempni magnificum domi celebraret conuiuium inuatum misit non peregrinos sed contribules suos. *Vide & adduc aliquos de tribu nostratimentales Deum, vt epulentur nobiscum.****

Ex hoc cernimus, viros meritis insignes suorum curam suorum studuisse saluti, & se totos eorum impendisse beneficijs, magis multo quam exterorum. Ita considerat D. Chrylostomus. *Quantum tuus magnus ille fidei patriarcha Abraham pro D. Lot nepote suo laborauit, qui Sodomis morabatur. Vistat Deus Abraham sub trium Angelo-Exemplum habitum, praemonet, se Sodomam ea tentare cogitatione, vt vlticibus tradat Sannus Sanctorum habitum. Vt igitur cum vidit Abraham Sodomam versus festinantem, detinet, alloquitur, deprecatur. O Domine histe parumper gradum, edurum nimis ac feuerum ceuseo, te totam hanc perdere ciuitatem: cum & aliqui ibidem iusti commorentur, quos aequum est terribili excludi supplicio: Absit hoc a te, vt rem hanc facias, & occidas iustum cum impio. Patriarcha 11. paup.*

D. Ca. pauperam. Quid opus habet tua exhortatione Domini? Ne mixeris, respondet D. Chryso- stom: erat illi Sodomus nepos. filius fratris sui: ut autem auditur à Deo Sodon am evertentiam, ilico saluus nepotis sui studiosus intercessit, Propter fratris filium. Moyses in montis licet carumque constituit, supplex nihilominus pro populo Deum deprecatur, attamen peculiariter pro fratre suo Aaron, pro cuius salute tam ferventes preces fudit precibus quibus ab eo & supplicium & mortem auerteret, cum ipse peccato populi plus ceteris esset immodatus, ut ipse morti proximus appetitus declaravit.

De eodem laudat D. Aug. Apostolum ipsa eius verba considerans: Tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordis meo: Optabam enim ego ipse Anathema esse pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitae. Nec hoc vobis magnum esse videatur, inquit D. Chrysostom. quod Apostolus ita doluerit Israelitarum interitus, cum & ipse Christus ex eorum damnatione tam animæ molestiam contraxerit quam qui vel maximam. Vide passivis hora nunc imminente protestatur: Tristis est anima mea, usque ad mortem. Videbat enim quoddam sua passione condemnandos. Sicut autem ex lege naturali, & naturæ ordine quis tenetur propinquis potius quam extraneis auxiliari, sic & patriæ suæ magis quam exteris civitatibus ac regionibus. Abrahā licet Dei præcepto obediens patriā discesserit, in qua multæ illi corporis & animæ parabantur insidiæ, ab eius tamen amore non deservit: insuper hoc voluit, ut Isaac filius nullam sibi matrimonio cepularet, nisi ex patrio solo progenitam, proinde eā mente misit Eliezer domus suæ procuratorem tali mandato aditatum quale nobis Spiritus S. specificè describit Jacob Patriam suam, licet Ægypto moriens hanc tamen erga patriam testatus est dilectionem, Ioseph filio suo sub iuramento præcipiens, ut corpus suum e mortuum colleret, atque in patriam deferret sepeliendum. Hoc idem ipse Ioseph fecit, mandataque fratribus, ne corpus suum finirent in Ægypto requiescere, sed inde demigrantes illud secum sportarent, ad proprium in patriam mansolatum. Quo igitur mell. Auit vna regio quam altera est profors: eam maior difficultas in die ind eij venient ad vallem Iosaphat ex vna regione. quā ex altera? suum testari voluit amorem suo patriæ afficiebatur; naturalem, quam sen per na corde gerebat vivens, ut moriens eam corpori lociare desideraret. Nec hunc tan-

tum erga patriæ solum amorem testantur Sancti viventes, sed etiam iam mortui. Sic nobis enarrat Spiritus Sanct. visionem Iudæ Machabæi, dum enim populus ad extremas esset redactus angustias, vrbisque Hierusalem periclitatur non mediocriter, vidit hic O-niam sacerdotem, iam pridem defunctum, in limbo SS. Patrum detentum, & ac Hieremiam supplices Deum pro populo pro Scivitate Hierusalem exorantes; de quibus favente Deo die ult. Iouis.

Ratio verò ea est, quam S. docet Theologia, quod gratia non destruat naturam, sed perficiat, cum autem parum, amicorum, patriæque amor ex ipsa featurat natura, in variis operibus pietatis commendatis per divinam gratiam non amittitur. Si verò dum adhuc vivunt tantopatriam complectantur affectu, multo magis dum beati triumphant, in celesti gloria quam Theologi dicunt gratiam consummatam: Quocirca singuli animo non vulgari moventur & pro patriam Deum deprecantur. Et si hoc ab ipsis peragantur in valle miseriarum, multo præstantius inquit D. Bernard. sicut exequuntur dum locogaudent misericordiarum. Hanc ponderat D. Hieronym. rationem, quā Sancti in cælis pro nobis probat intercessionem, qui hoc mundo detinentur.

Hoc ita verum esse colligimus, ut etiam phrasiloquendi Spiritus S. coniungantur, Dei legem, patriamque defendere, & Deo famulari & patriæ. Sic ila notatur phras: Pugnare pro Deo & pro legibus, & pro patria. Hoc autem ita apud Gentiles invaluerat, ut Aristoteles quoddam communia referens proverbium, hoc quoque recenseat: Pugnare pro patria, optima avis. Negotiis suis præmittunt infideles anguria, quod sic. 2. species eiusdem auct. advertentes, consolantes, de prospero non dubitant successum, quæstus si eorum advertat Deus omni infatum. Nullum certius quo facinus constat esse & honestum, & bonum, augurium quam illud fieri pro patria. Sic probat D. Thom. quæ a modum ille censetur, 2. 2. q. 103. impius qui patrem despicit, sic & ille qui patriam. In cuius confirmationem multa producit, ex D. Aug. aliisque philolephis argumenta. Ex hoc amore de sor illo profuit quo quis patriam, ac civitate sua extorris affligitur: oriturque gaudium, quando hoc soluitur ex illo. Rex patet in Israëlitis: ut enim in Babyloniā captivi ducebantur: Eunt ibant & Rebanz; ac in patriam redites, tanto perfundebatur gaudio, ut quasi sur impotes esse viderentur. Hoc enim David influat

IV. Ratio ducitur ex D. Thoma. Ser. in vig. Ap. Pauli. Ep. adver. sus Vigil. 6 Mach. 2. Reher.

Mat. 26. 31. III. Patria recepta obediens patriæ. Patria recepta. Gen. 24. Gen. 47. Gen. 50.

III. Patria recepta obediens patriæ. Patria recepta. Gen. 24. Gen. 47. Gen. 50.

Pf. 12. 5. r. insinuat his verbis: *In convertendo Dominus captivitatem Sion. s. d. sumus, sicut consolati, tunc repletum est gaudium os nostrum. Ecce.* Declarat inter septem Gracie sapientes vnus de numero Bias, qua quis obligatione patrie detinuitur dum ait quod qui neglecta patria, peregrinatus est beneficium tantum in se reus arguatur, quantum ille qui proprio concepto campo seminat, & abundantiam suam a laborat iudicque in se alienigenam. Cum haec ita sint optime fundata videtur querela Nazarenorum contra Redemptorem: *Quanta audiuimus facta in Capharnaum, sic et hic in patria tua.* Dicitur Nazareth patria Christi, non quod ibi natus sit. (Cum in Bethlehem natum affirmet Euangelista) sed quod ibi conceptus ac emittus: *Vbi erat natus,* ait D. Luc. quia postmodum reversus ab Aegypto a septennio suo *Habitauit in Nazareth.* Quamobrem sic exponente D. Berni. potuit Euangelista complementum Sanctorum Prophetarum dicere *quoniam Nazareth vocabitur.* Perambulabat Christus Galilaeae ciuitates, omnibus vtilis languentibus medicus efficacissimus, a seferam vero Capharnaui sua prodigia miracula, donaque effundebat leprolos mundando, daemones eiciens, mortuos resuscitando &c. Nec rationi videtur dissonum quod illum arguant eius, quod ex lege naturali patrie debebat, quam nullo honorabat miraculo, nullo laudificat officio, testibus Euangelistis, qui non vulgari hoc exprimit loquendi modo: *quod non poterat ibi virtutem ullam facere.*

§. 3. *Quanta audiuimus. In patria sua beneficium, non in ea Christus cepit patriae miracula.*

¶ 7 **V**erū enim veto nullā nititur ratione contra Christum querimonia Nazarenorum: non enim ipse contra municipes suos delinquit, quinimo, & ipse contra eos iuste potest expostulare, cum illi muneri suo defuerint inhūmānā. Duo haec probat dilucidē Christus hoc in Euangelio. Primum nullatenus patriae Saluator uolūta defuit. Sic ita, Chailum magis fuisse patriae, quam exteris regionibus obligatum: in rei etiam veritate, obligationi satisfecit, eo quo poterat modo: quia vsque modo pro illa sola ita laborauerat, ac pro omnibus coniunctim. Perlege Euangelistas. Morabatur Christus in Nazareth vt quilibet de communi grege vsque ad beneficia triginta annos. Vt primum ad illam ac-

cessit quam Pater suus decreuerat, esset illa re qua prodiret se mundo manifestaturus, primo tendit ad Iordanem a Ioanne Baptista baptizandus, vbi Pater illum mundo corpi declarare, esse videlicet filium sibi charissimum, quem mittebat orbi praecceptorem, vnde apertum: celi, descendit Spiritus Sanctus, corporali specie sicut columba super eum; & vox Patris innotuit: *Hic est filius meus dilectus.* Confectum ad decessu setta recessit, quadragesimale celebratus ieiunium, continuat insistent oratione ac ieiunium descendens, diabolum prouocat ad mouendam, hoc iudicium, quod huius diximus, aduentus sui hanc primariam esse intentionem, inuadendo diabolum exturbare: proinde fuit hoc, quidam velut inimici ad illum prouocatio, deinde & altera vice repetit Iordanem vbi deuo ad Patre mundo manifestatur, voce praecursoris gloriosa, quem vt vidit hic aduentantem, alius exclamauit: *Ecce agnus Dei, Ecce qui tollis peccata mundi.* Hic est de quo dicebam vobis: quia post me venit rex, qui ante me factus est, cuius non sum dignus corrigiam calcei.

Postmodum aliquos sibi in discipulos adscripsit, quorum principes fuerunt D. Andreas, & Philippus, qui D. Ioanni Baptista prius adhererant, quibus successit D. Petrus, & alij nonnulli, cum illis abiit in Cana Galilaeae ac celeberrimis illis interfuit nuptijs, quas primo dignatus est miraculo coram discipulis suis, aquae in vinum conuersione. Erat autem Cana Nazareth adeo contigua, vt ipsa virgo Sanctissima Maria Mater Dei nullo negotio potuerit adesse, & illis interesse inuicem nuptijs, cum alijs sibi cognatis, quos D. Chrysof. opinatur fuisse D. Iacobum minorē, Iudam Thadaeum Christi consanguineos, matrisque suae consobrinos: Nō diu post cum proximum esset Pascha ascendit Dominus Hierusalem, vt illud paucis conuictus discipulis celebraret, demoratur hic in templo Salomonis, vsque loco mundo sacrorum, quo maior populi conuictio confluebat, tempore scilicet Paschalis, seipsum, quis sit manifestat, animoso illo fauore, quod Iudaeis nunquam excidit de memoria, dum eorum nihil verius sessionem, meratores velut canes flagellis è templo profigauit, vt dicendum erit die Lunae proximo. Hunc redit Galilaeam impulsu agitato Spiritus S. particulari quod Euangelista non subicit: *Regressus est in virtute Spiritus S. Luc. 10. in Galilaeam.* Nempè superiorem.

Binx etenim erant Galilaeae, vna superior & quae cunctibus Hierusalem inter occidentem &

I. In patria Christi